

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Sensus quæstionis explanatur. memb. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, A aliud vero in contumeliam? Quid si Deus volens offendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vas in apta in interium, ut offendere diutius gloria sue in vase misericordie, qua preparauit in gloriam, &c. Et 2. ad Timoth. 2. de prædestinationis & reprobis agens, In magna, inquit, domo non solum sunt vase aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quedam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam. Denique ex sacris literis constat, nullus propter sua peccata excludi à vita eterna, & cruciatus aeternis puniri: cum ergo id Deus non ex tempore, sed ex aeternitate constituerit, sit, ut sit apud Deum aeterna reprobatio quorundam, sicut etiam apud eundem est quorundam aliorum aeterea prædestinationis.

B Illud deinde notandum est, quod si ex parte prædestinationis, spectati antequam Deus effectum prædestinationis illi velit, daretur aliqua causa, ob quam ei vellet tribuere, vel primam gratiam, vel eas supernaturales dispositiones, quæ ad primam gratiam de lege ordinari exiguntur, utique ex parte prædestinationis, in suis tantum naturalibus spectati, daretur causa, quare effecta prædestinationis Deus illi velit tribuere. Prima enim gratia principium est, & radix meritorum subsequentium, illaque, ad finem visque vitae perseverans, medium sufficiens est, ad perducendum in vitam aeternam, acque adeo causa, quare Deus velit prædestinatum beatitudine donare.

## ARTICVLVS IV. &amp; V.

*Vtrum ex parte prædestinationis detur causa prædestinationis.*

## DISPV TATIO I.

**D**isputatio hæc ob rei nimiam profunditatem, ac difficultatem, varietatemque opinionum, non poterit non esse fusior aliquantò: ut verò dilucidior reddatur, in varia membra erat dissecanda.

## MEMBRVM I.

*Sensus questionis explanatur.*

**C**um prædestinatione diuinæ voluntatis proposi-  
tum conferendi prædestinato ea supernatura-  
lia media, quibus præuidet Deus illi in vitam aeternam peruenturum includat, eo modo prædestina-  
tionis quærenda est causa, quo diuinæ voluntatis  
quæri potest. Questione verò 19. artic. 5. ostensum  
est, diuinæ voluntatis secundum se, nullam omnino posse dari causam, rei tamen volitæ posse esse  
causam, propter quam sit volita. Sensus ergo que-  
stionis non est, an prædestinationis secundum se de-  
tinet aliqua causa, sed an quoad effectum, sit causa  
aliqua ex parte prædestinationis, propter quam potius illi, quam alteri, sit à Deo expeditus: an verò nulla  
alia constituenda sit, quam diuina voluntas, qua  
Deus liberè ea beneficentia in unum potius, quam  
in aliud, vti voluit.

**D**ari præde-  
stitutionis  
causa quoad  
partiales  
affectiones.

Quo loco illud in primis animaduertendum est, nemini posse esse dubium, partes totius, integræque effectus prædestinationis, inter se mutuo compara-  
tas, posse esse vicissim causas propter quas sint à Deo prædestinatio volita. Gloria namque finis est, ob quem Deus illi vult gratiam, & merita, ceteraque supernaturalia dona quæ ad gratiam, & gloriam consequendam disponunt: contra verò, gratia & merita causa sunt dispositio & meritoria, propter quas prædestinatus fit dignus, ut à Deo beatitudine donetur. Tota ergo difficultas est, utrum totius effectus prædestinationis, prout comprehēdit gloriam & media omnia supernaturalia, quibus Deus unquamque prædestinatum disponit, adiuuat, atque in sempiternam beatitudinem perducit, detur causa aliqua propter quam Deus voluerit illi hæc conferre: an nulla prorsus, sed id ex sola libera Dei voluntate pendeat.

## MEMBRVM II.

*De erroribus Lutheranorum, Origenis & Pelagi.*  
*Quod item fides preuisa non sit ratio iustificationis ac prædestinationis.*

**P**rætermissio Lutheranorum errore, qui arbitrij libertatem, ac merita de medio tollit, Deoque auctori, diuinæque prædestinationis, ac reprobationis, non minus reprobatorum peccata, quam prædestinationum bona opera tribuit, vt in Concordia q. 14. art. 13. disputatione 1. & sequentibus vidimus, fu-  
que impugnauimus. Error Origenis, vt hoc loco referit D. Thomas, fuit, animas omnium hominum simul fuisse creatas ab initio, & pro diueritate operum, quæ pro sua libertate tunc egerunt, varios sta-  
tus in corporibus fuisse sortitas, quasdemque fuisse prædestinatas, alias verò reprobatas, ita scilicet, ut omnis earum inæqualitas, ex inæqualitate operum, quæ ab initio gererunt, antequam corporibus vni-  
rentur, habuerit ortum. Hunc errorem innuit lib.

**D** 2. Petarchon cap. 1. iuncto capite ultimo præce-  
dentiis libri. Eundem errorem videtur illi tribuere Leo 1. epistola 1. ad Iulianum Coenensem Episco-  
pum, in qua agens de Eutychetis errore, qui asser-  
tere videbatur, Verbum, dum carnem humanam  
assumit, adduxisse de celo animam Christi quasi  
anima illa præexistens assumptio, ait: *Vnde quod  
in Origene merito damnatum est, qui animarum, ante-  
quam corporibus inseruerintur, non solum vitas, sed & di-  
uersas fuisse assertas actiones, necesse est, ut etiam in isto,  
nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur. Eiusdem  
erroris, tametsi Origenis nomine suppresso, me-  
minit Hieronymus in illud ad Galat. 1. Cion au-  
tem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris mee.  
& in illud Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi  
constitutionem, & in epistola ad Demetriadem vir-  
ginem. Meminerunt etiam Epiphanius in episto-  
la ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, &  
Theophilus Alexandrinus libro primo sui Paschalis. In eodem errore videtur fuisse Priscianus dam-  
natus in Concilio Bracharense 1. can. 6. his verbis:  
*Si quis animas humanas dicit prius in coelesti habita-  
tione peccasse, & pro hoc in corpora humana interiectas,  
sicut Priscillianus dixit, anathema sit. Aperte adhuc  
eundem errorem refert, damnatusque Leo 1. epist. 9.  
ad Turibium Asturicensem Episcopum cap. 1. Ori-  
genis error, quatenus astruit animas extituisse, ante-  
quam corporibus vnirentur, alio in loco est impu-  
gnandus. Quod ad præsens verò institutum attinet,  
aperte conuincitur, tum ex illo ad Roman. 9.  
Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut  
malii, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia  
maior seruus minori, & Jacob dilexi, Esau autem odio  
habui: tum etiam ex illo a. ad Timoth. 1. Vocavit**

Origenis &  
Priscilliani  
error circa  
animas, &  
præf.

nos